

CONCORDANTIAE SENECANAE

AZ 857 L

Curaverunt

R. Busa S. J., A. Zampolli

auspicio auctoritate Societatis linguae Latinae
historice investigandae ab Italico Consilio
studiis provehendis (C. N. R.) constitutae

Accedunt

Index inversus

Indices frequentiae

Tomus I

1975

GEORG OLMS VERLAG
HILDESHEIM · NEW YORK

Georg Olms Verlag
Hildesheim · New York
1975

PRAEFATIO

Concordantiis Livianis nuper editis (MCMLXVIII), Senecanae potissimum desiderantur. Dum in eiusdem auctoris lexicon perficiendum plures viri docti egregie quidem, sed, ut in tanta re, pedetemptim laborant, nobis haud ab re visum est has Concordantias, utut sunt, edere, nostro auspicio et consilio magno aevi spatio, magno sumptu confectas. Quarum haec sunt peculiaria:

- I. Et tragoeidas et epigrammata amplectuntur et fragmenta quae quidem ipsa Senecae verba referant vel referre videantur, Haase auctore.
- II. Per voces non per lemmata digestae sunt (eadem ratione qua Concordantiae Livianae), cui vitio obviam itur propterea quod una cum vocibus pars aliqua contextus excerpitur, quae ad homographa distinguenda sufficiat. Enclitica autem per indicem inversum reperiri possunt.
- III. Textus Senecanus iuxta editionem Teubnerianam (Gercke, Haase, Hense, Hosius, Piper - Richter) profertur.
- IV. Pauca verba decurtata aut corrupta vel potius verborum frustula primum operis locum obtinent.
- V. Initio cautum erat ut singulis locis notae apponenterentur, ubi varia lectio vel aliud quid ad eum locum pertinens in apparatu critico adesset: quas notas postremo typographiae necessitatibus obsecuti aegerrime dempsimus. Reliquarum notarum index Concordantiis praeponitur.
- VI. Denique adduntur indices frequentiae, alter per litteras alter per numeros decrescentes digestus.

Hoc opus confectum est illius Societatis Pisanae auxilio quae Italice vocatur "Centro Nazionale Universitario di Calcolo Elettronico" (C.N.U.C.E.), auspicio atque auctoritate Societatis linguae Latinae historice investigandae, quae ab Italico Consilio studiis provehendis (C.N.R.) constituta est cuique praesunt Alfonsus Traina, Petrus Ferrarino, Alfredus Ghiselli, Scaevola Mariotti*. Nunc tandem portu potiti illud Varronis *dei facientes adiuvant* et nobis verum esse confidimus.

In Athenaeo Patavino, mense Martio MCMLXXV

Alfonsus Traina

* Aemilio Pianezzola, Aldo Lunelli ob operam naviter impensam gratiae haud mediocres debentur.